

statuam faciens/per se est causa statue : aliquid vero per
accidēs:vt socrates . Itē aliquid est causa alterius in po-
tentia aliud vero in actu . Et nota q tres sunt cause que
in vnam conueniunt sicut formalis / efficiens / et finalis.
Nam forma est causa formalis ipsius compositi : et est
causa efficiens respectu eorum que fiunt secundum natu-
ram/2 est finalis respectu materie.

Causa p accidēs

Causa in actu.
Cau. in potētia
2. Phil. in tex.
Com. 70.

Sequitur de causis per accidens.

Fortuna est causa per accidens eorum que fiunt non
propter hoc : extra semper et frequenter in habentibus
propositum. Nota eorum que fiunt: quedam fiunt pro-
pter hoc: quedam vero non propter hoc. Et istorum que
fiunt propter hoc: quedam fiunt a proposito : quedam a
natura. Et ista fiunt a natura quecumq in seipsis a quo-
dam intrinseco principio continuo motu accedunt ad ali-
quem finem: sicut patet in aliquo febricitante. Et eorum
que fiunt a natura: quedam fiunt semper: quedam fiunt
vt frequenter quedam fiunt raro. Et eorum que fiunt a
proposito propter hoc causa per se est propositum. Et eo-
rum que fiunt a natura propter hoc causa per se est na-
tura. Sed eorum que non fiunt propter hoc: causa per ac-
cidens est fortuna 2 casus.

Habent hec. 2.
Phil. c. 2. tra. 4

A iij